



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXXXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Hanc item regulam cum sex limitatio. ponit Martinus Sanctius  
Valeolus in tract. indiuiduorum, in ij. cerula, nu. 50.

## REGVLA CCXXXVI.

**ELIGERE** habentes, debent idoneiorem eligere, nec suffi-  
cit idoneum eligere. Quam regulam probat text. in c. licet ergo.  
in princ. viij. q. j. concord. alleg. 2. ibi in glo. in verb. qui præstantior.

Hanc regulam cum vnica ampliacione, et vnica limitatio, et plu-  
res restrictiones ad illam ampliatur, & limitatur, vbi eius materiam no-  
tabiliter tractat, ponit Cæsar Lambe, in suo tract. iuris patrona, in j.  
par. ij. lib. in ij. artic. x. q. princ. nu. 23. fol. 255. col. j.

## REGVLA CCXXXVII.

**ЕМФУТЕВТА**, emphyteusi finita, non perdit seruitutes  
acquistas, neq; impensas & meliorationes, sed eas seu earum æsti-  
mationem retinere potest. Quæ regula probatur primo naturali  
ratione, quæ neminem patitur cum iactura aliena locupletio-  
rem fieri, nam hoc natura. ff. de condi. indebi. reg. locupletari, de reg.  
jur. lib. vi. cum simi. bonus text. in l. plane, in §. sed benignius. ff. de  
petitio. here. Secundo probatur per dispositionem iuris commu-  
nis, qua cauetur, eum qui bona fide in re aliena ædificauit, vel ali-  
quid ad perpetuam vtilitatem fecit, posse huiusmodi sumptus vtilium  
vel necessarium impensarum repetere §. certe illum Instit. de rer. di-  
u. l. i. qua ratione. in princ. ff. de acquir. rer. dom. l. domos. ff. de le-  
gi. j. si quis sciens, & l. si in area. C. de rei vendi. cum simi. Et in  
emphyteota, ita tenent Doct. in l. senatus, in §. Marcellus. ff. de leg.  
j. præcipue Lancelo. Deci. col. ij. Bal. in c. j. in §. si Vasallus, nu. 1.  
hic finitur lex Federi. in V. lib. feudo. & expresse ibi Matthæ. de  
Affi. nu. 12. idem vult Bal. in Auth. excipitur. C. de bonis que lib.  
nu. 2. & in l. ij. C. de rei vend. nu. 2. & in l. in rem. §. tignum. ad ff. ff.  
de rei vendi. Pau. Castr. in Auth. qui rem. C. de sacrosact. eccle. et in  
conf. ccxxxvij. nu. 3. & 4. vol. j. Raphael Cuma. late in conf. 57.  
per totum. Guido Papa in decis. clxix. & in decis. 439. Dec. in cõ.  
cxvij. nu. 1. Ias. in l. ij. in vij. notab. nu. 27. Alberic. Brun. in tract.  
de augmento, conclusio. xx. & hæc est veritas, quamuis Rapha.  
Fulgo. aliter consuluit in consi. 1x. incip. Abbas.

Hanc regulam cum quatuor ampliacionibus, & duabus limita-  
tionibus, vbi notabiliter tractat hanc materiam, & declarat quãpli-  
rima iura loquentia in casu huius regu. ponit Caro. Molin. in gloss.  
ad leges consuetudi. Parisienses, in tit. j. §. j. glo. v. num. 75. vsque ad  
num. 99. fol. 38. col. iij.

R 3 REGV.